

## L 7 Tod in den Thermen

Quintus cum Lucio et Gaio amicis in foro ambulat,  
sed nihil iucundum vident, nihil novum audiunt.

Itaque Quintus rogat:

„Cur non ad thermas<sup>1</sup> properamus? Ibi multae voluptates nos<sup>1</sup> expectant.“

Lucius: „Ego frigidarium<sup>2</sup> amo. Num aquam frigidam<sup>3</sup> timetis?“

Amici rident et statim ad thermas<sup>1</sup> currunt.

Primo in palaestra<sup>4</sup> pila<sup>5</sup> ludunt.

Tum frigidarium<sup>2</sup> intrant neque diu in aqua manent, nam frigidissima<sup>3</sup> est.

Dum in thermis<sup>1</sup> ambulant, in laconicum<sup>6</sup> veniunt.

Ibi Tiberius Balbulus Calvus senator cum aliis senatoribus sedet.

Cum voluptate sudorem sibi absterget<sup>7</sup>.

Subito clamorem dat, oculos distortet<sup>8</sup>.

Iam sine mente iacet.

Magnum est silentium, Quintus et amici valde timent.

Tandem unus e senatoribus clamat:

„Venite, balneatores<sup>9</sup>! Auxilium date! Medicum vocate!“

Statim accurrunt. Tum unus e balneatoribus<sup>9</sup>:

„Quid video? Nonne hic iacet Balbulus Calvus senator? Iterumne sine mente est?“

Iam medicus accurrit. Balbulum diu spectat, sed nihil dicit.

Tandem ad balneatores<sup>9</sup>: „Portate Balbulum ex laconico<sup>6</sup>.“

Dum senatorem exportant<sup>1</sup>, medicus dicit:

„Tiberius Balbulus Calvus senator mortuus est.“

---

1) **nōs**: uns 2) **frīgidārium**, -ī n: Kaltwasserbad 3) **frīgid(issim)us**, -a, -um: (sehr) kalt

4) **palaestra**, -ae f: Sportplatz 5) **pilā lūdere**: Ball spielen

6) **lacōnicum**, -ī n: Schwitzkammer (*Teil des Warmbads*)

7) **sūdōrem sibi abstergere**: sich den Schweiß abreiben

8) **distorquere**: verdrehen 9) **balneātor**, -ōris m: Bademeister